



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1637

Meditatio de Regno Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50934)



MEDITATIO  
DE REGNO CHRISTI.

**H**ÆC Meditatio in libro Exercitiorum habetur extra numerum Meditationum secundæ Septimanæ, & sic est quasi fundamentum omnium earum. Continet partim finem totum Incarnationis & vitæ doctrinæque IESV CHRISTI Domini nostri : qui fuit, toti mundo innotescere; homines, quò suum regnum fierent, in suam reducere potestatem, sibi que subiicere; omnes etiam in partem istius suæ expeditionis vocare; quò sibiipsis saltem, suæ sensualitati & amoris proprio, per obedientiam Dei, bellum inferant. Partim continet summam, in quâ perfectio hominis consistit: quæ est Christi imitatio, quæ maiorem aut minorem perfectionem, variosque eius gradus, prout magis aut minus perfecta fuerit Christi imitatio, in se concludit.

Textus